



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

34 Ecclesia contra ecclesiam spatio 40. annorum praescribit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

legatum relinquatur ecclesie seculari, in qua testator omissa ecclesia parochiali sibi elegit sepulturam, quoniam debetur ex eo quarta Episcopo, cui ecclesia subdita est, & alia quarta ecclesie parochiali, Abb. in dict. cap. officij, num. 5. in fin. & in cap. certificari, ubi, quod tali casu prius est deducenda quarta parochialis Ecclesie, numer. 11. de sepult. & Covar. post alios, quos citat in eo. cap. officij, numer. 8.

Decimarum † Quarta etiam Episcopis à clericis debetur, d. c. conquerente, de offic. 35 ordin cap. de quarta, ubi gl. in vers. se posse, Hostien & Ioann. Andr. de prescr. Rebuff. in d. tract. de deci. qu. 3. num. 14. & Monet. quest. 7. num. 14. eod. cit. dummodo non sit prescripta, quia de quarta decimæ, & oblationis defunctorum clericus ab impetitione Episcopi quadragenaria temporis prescriptione se tueri potest. d. c. de quarta & c. illud, de prescript. Abb. qui hanc dicit communem opinionem in dict. conf. 31. circa fin. par. 1. & in conf. 26. numer. 5. par. 2.

Et pari modo regulares prescribunt quartam funeralium, & legatorum contra parochos † spatio quadraginta annorum, quia Ecclesia se potest aduersus ecclesiam quadragenaria temporis prescriptione tueri, c. illud, & gloss. in c. de quarta, in verbo quadragenaria, extra de prescript. in rebus autem ecclesiasticis prescriptio est quadragenaria, c. dilecto, c. ult. de consue. & c. Romana, de elect. c. cum ecclesia de caus. poss. & proprie. c. de quarta, & c. ad aures, de prescr. etiam sine titulo, quo ad prescriptionem libertatis † non solvendi quartam decimarum, nec oblationum, aut legatorum: Sed si una ecclesia fundat suam intentionem in prescriptione quadragenaria percipiendi decimas in aliqua parochia, cum talis perceptio sit contra jus, titulus est necessarius, ad tantum temporis spatium, cuius initij memoria in contrarium non existat, c. 1. de prescr. in 6. c. ad decimas. de restit. spol. eo. lib. gloss. in c. ad aures, in verbo quadragenaria, extra de prescr. & Abb. in d. conf. 26. num. 4. par. 2.

DE CENSIBVS.

Cap. XV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Census antiquus, quomodo creabatur.
- 2 Census antiquus à censu ad prescriptam formam constitutionis Pij V. differt.
- 3 Census antiquus constituebatur cum translatione utilis & directi domini.
- 4 Dominium utile, & directum in censu novo non transfertur.
- 5 Census ad prescriptam formam constitutionis Pij V. super re immobili, & certis finibus designata constitui debet.
- 6 Confiniū expressio sit ad rei demonstrationē.

AAA 2

Recd.